



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 13. Constitutiones Cistercienses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

Sæcul. XII.  
A.C. 1119.

& in aliquot Clericos colloquentes ir-  
ruunt, quorum aliqui ut erant Albis in-  
duti per coenosos urbis vicos aufugunt,  
alii arreptis podiis vel lapidibus, quos  
forte offendebant, repugnare conantur.  
Ergo cum Archiepiscopi milites plores  
socios accersunt, pugnatur, & Ecclesia  
Presbyterorum sanguine polluitur. Ca-  
nonici, civesque læforum commiseratio-  
ne tangebantur, nec sine gravi scandalo  
in tota Diœcesi Parochi, qui ex Concilio  
fugerant, acceptorum verberum stigma-  
ta parochianis, & concubinis suis ostendebant.  
Tanti tumultus fama ad Regem  
quoque pervenit, qui aliis negotiis inten-  
tus, vindictam distulit.

### §. XIII.

#### *Constitutiones Cistercienses.*

Callistus Papa, soluto Colloquio Gisor-  
tiensi, in Burgundiam reversus est,  
ubi rogatus a Stephano Abbe Cister-  
ciensi confirmavit illius Ordinis Constitu-

*Callist. ep. 2.* tiones, de quibus, sermone ad hunc Ab-  
batem directo, loquitur in hunc modum:

*Exord.* *Mag. p. 36.* *Siquidem consensu & deliberatione com-*  
*muni Abbatum & Fratrum Monasterio-*  
*rum vestrorum & Episcoporum, in quo-*  
*rum Diœcesi eadem Monasteria sita sunt,*  
*quædam de observatione Regulæ S. Benedi-*  
*cti & de aliis non nullis, quæ Ordini ve-*  
*stro necessaria videbantur, Capitula sta-*  
*tuisti,*

tuistis, eaque ad majorem monasterii quietem, & Religionis incrementum auctori-  
tate Apostolica confirmari petitis. Hæc  
Bulla Sodoloci, vigesima tertia Decem-  
bris, anno millesimo centesimo decimo  
nono, data est. Conjecere vero licet,  
Constitutiones in ea contentas, illam ce-  
leberrimam esse chartam, de Charitate  
dictam, eodem anno millesimo centesi-  
mo decimo nono editam, in quam Cister-  
ciensis Regiminis fundamenta relata sunt.  
Inter alia prohibetur, ne privilegia Insti-  
tuto contraria concedantur; Abbates ve-  
ro ad Capitulum generale, singulis annis  
celebrandum, commeare jubentur. Ce-  
terum Ordo Cisterciensis omnium primo  
Capitula generalia instituit, cuius rei  
exemplum deinde omnes ceteri secuti  
sunt.

#### §. XIV.

*Bruno Archiepiscopus Trevirensis a  
Papa recipitur.*

Callisto Papæ, Festum Natalis Domini  
Augustoduni celebranti, Bruno Ar-  
chiepiscopus Trevirensis occurrit. Hic  
Præfus nunquam non Imperatori addi-  
ctissimus fuerat, olim etiam sub Regni  
exordia, id approbantibus Germaniæ  
Principibus, Henrici Tutor; sed Alber-  
ti Cancellarii, exinde Archiepiscopi Mo-  
guntini, invidia offensus, Regis & Reipu-  
*Hist. Eccles. Tom. XVI. G g blicæ*

Sæcul. XII.  
A.C. 1119.